Et negatur quod iste terminus ‘desinit’ mobilitat terminum, sed¹² immobilitat. Pro quo est notandum quod aliqui sunt termini exponibiles quorum actus cadit¹³ principaliter super terminum assignatum et non super consequentiam¹⁴ principaliter, cujusmodi sunt signa universalis et hoc verbum ‘differt’, qui termini non requirunt generaliter in suis exponentibus verbum ampliativum nec¹⁵ verbum alterius temporis quam est¹⁶ verbum exponentis, ut patet de eisdem, et tales omnes¹⁷ generaliter mobilitant. Aliqui¹⁸ sunt termini quorum actus principaliter cadit¹⁹ super²⁰ complexum et non super unum terminum solum²¹, qui²² requirunt²³

¹ quod tamen consequentia non valet probatur et pono Z : et quod non valet patet posito T : et quod consequentia non valet patet ut posito C

² scivisti ZT : scivistis C

³ quod CT : *om.*Z

⁴ jam ZT : *om.*C

⁵ scias ZT : sciatis C

⁶ quod ZT : *om.*C

⁷ scias ZT : sciatis C

⁸ et patet ZC : in casu est T

⁹ esse ZC : *om.*T

¹⁰ ergo argumentum Z : ergo consequentia T : et per consequens C

¹¹ negando ZC : *om.*T

¹² terminum sed Z : sed dicitur quod T : sed C

¹³ cadit Z : cadunt CT

¹⁴ consequentiam Z : terminum complexum T : complexum C

¹⁵ nec Z : vel CT

¹⁶ est ZC : *om.*T

¹⁷ omnes Z : termini T : *om.*C

¹⁸ aliqui Z : alii CT

¹⁹ cadit Z : cadunt CT

²⁰ super : totum *add.*T

²¹ super unum terminum solum Z : solum super terminum communem T : terminum C

²² qui : etiam *add.*CT

²³ requirunt : generaliter *add.*CT

Tractatus *Juxta hunc textum*

in suis exponentibus verbum ampliativum vel aliter verbum praeteriti temporis vel futuri, cujusmodi¹ sunt tales termini ‘necessarium²’, ‘de necessitate’, ‘incipit’ et³ ‘desinit’, et hujusmodi, et tales⁴ quamvis immobilitent non tamen⁵ mobilitant.

Ideo duplex est diversitas⁶ quare ‘differt’ confundit mobiliter et ‘desinit’ immobiliter⁷. Prima⁸ : quia actus hujus verbi ‘differt’ cadit principaliter super unum terminum, actus tamen sive vis⁹ hujus verbi ‘desinit’ non solum super unum terminum¹⁰. Secundo : quia hoc verbum ‘differt’ non includit diversas differentias temporum sicut¹¹ hoc verbum ‘desinit’. Actus tamen dictionis exceptivae¹² cadit super praedicatum principaliter et super subjectum secundario¹³, et aequè bene¹⁴ de universali affirmativa¹⁵. Iste¹⁶ terminus¹⁷ ‘immediate’ secundum aliquos est signum universale includens in se unum distributum¹⁸, ut bene sequitur « immediate post instans ero, hoc erit instans¹⁹ ; ergo immediate post hoc ero²⁰ », et de similibus est dicendum²¹.

¹ cujusmodi ZC : cujus T

² necessarium Z : necessario CT

³ et Z : om. CT

⁴ et hujusmodi et tales ZC : et consimiles T

⁵ tamen ZT : om. C

⁶ duplex est diversitas ZT : est duplex ratio diversitatis C

⁷ immobiliter Z : non CT

⁸ prima ZC : probatur T

⁹ actus tamen sive vis Z : et sic non cadit actus T : et sic non actus C

¹⁰ non solum super unum terminum Z : om. CT

¹¹ sicut : includit *add.* T

¹² exceptivae Z : exclusivae CT

¹³ super subjectum secundario Z : secundario super subjectum CT

¹⁴ et aequè bene Z : sed contra est T : et e contra C

¹⁵ de universali affirmativa Z : de signo universali affirmativo CT

¹⁶ iste ZC : item iste T

¹⁷ terminus : autem *add.* C

¹⁸ unum distributum Z : signum distributivum T : suum distributum C

¹⁹ instans : post hoc *add.* CT

²⁰ ergo immediate post hoc ero Z : ergo ante hoc ero T : ergo ante hoc ero C

²¹ et de similibus est dicendum Z : et sic de aliis multis est dicendum et cetera C : om. T

Version Alyngton mss.

<Nonum decimum argumentum¹>

Z 20ra ; C 54r ; T 56vb.

Nono decimo arguitur² : haec consequentia est bona « aliquantum est Socrates³ et tantum Plato est ; ergo tantum Plato est ».

<Quod est bona>

Tenet consequentia : quia⁴ arguitur a tota copulativa ad alteram ejus partem⁵.

<Quod non valet>

Et probatur quod⁶ non valet, et pono⁷ quod Socrates sit⁸ pedalis quantitatis⁹, et Plato similiter¹⁰, tunc antecedens est verum et consequens falsum.

Probatur antecedens : quia¹¹ : pedale Socrates est¹², et tantum Plato est.

Probatur¹³ : quia pedale Plato est, et omne pedale aliquantum est ; ergo aliquantum Socrates est et tantum Plato est.

Item, quantum Socrates est, tantum Plato est : quia per casum Socrates et Plato sunt aequalia¹⁴ ; ergo aliquantum Socrates est et tantum Plato est.

Et quod consequens sit falsum probatur¹⁵ : quia si sit propositio congrua, necessario erit exclusiva quae, ut suae exponentes probant, falsa est¹⁶. Unde sic

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSC (19) — Version LSO (19) — Version Heytesbury (20)

² nono decimo arguitur *corr.* : decimo nono arguitur Z : nono decimo ad idem arguitur sic T : nono decimo arguitur sic C

³ est Socrates Z : Socrates est CT

⁴ tenet consequentia quia Z : quod sit bona probatur quia T : patet quod consequentia sit bona quia C

⁵ partem : ergo et cetera *add.*T : ergo ut videtur consequentia est bona *add.*C

⁶ quod : consequentia *add.*C

⁷ pono Z : ponitur T : posito C

⁸ Socrates sit Z : Socrates et Plato sint CT

⁹ quantitatis : praecise *add.*CT

¹⁰ et Plato similiter Z : *om.*CT

¹¹ tunc antecedens est verum ... quia Z : tunc antecedens sic T : et probatur antecedens sic C

¹² est : ut patet *add.*T

¹³ probatur Z : *om.*CT

¹⁴ quia per casum Socrates et Plato sunt aequalia Z : cum sint per casum aequales CT

¹⁵ probatur Z : patet CT

¹⁶ quia si sit propositio ... falsa est Z : si consequens sit congruum est exclusiva cum aliud a Socrate est T : quia si illud existens congruum est exclusiva falsa cum aliud quam Plato est C

Tractatus *Juxta hunc textum*

probatur : Plato est, et nihil aliud quam Plato est, quae exponens est falsa : quoniam Socrates est qui est aliud quam Plato et, per consequens, exposita falsa. Si vero li ‘tantum’ relative sumatur, tunc consequens non erit propositio, cum nullum relativum inquantum relativum per se propositionem potest aliquam inchoare, cum sit ante late rerum et sic pro se tantum, et sic patet consequens fore falsum¹.

<Responsio>

Respondetur² negando³ consequentiam.

Et ad regulam, dicitur quod non est generaliter vera : quoniam⁴ consequens hujus consequentiae⁵ non potest sumi nisi⁶ exclusive, et sic est falsa⁷, ut dictum fuit⁸, vel demonstrative, et sic est impertinens antecedenti⁹, vel tertio modo relative¹⁰, et tunc¹¹ foret consequens imperfectum per se, sicut etiam dictum fuit¹².

Sed pro intellectu regulae¹³ est notandum quod aliqua est copulativa de partibus independentibus¹⁴, et de talibus¹⁵ intelligitur regula¹⁶. Alia est copulativa de partibus dependentium significationum, et in¹⁷ talibus non¹⁸ intelligitur regula. Et patet responsio¹⁹.

¹ unde sic probatur ... fore falsum Z : *om.*CT

² respondetur Z : ad istud respondetur CT

³ negando : primam *add.*C

⁴ et ad regulam ... quoniam Z : quia CT

⁵ hujus consequentiae Z : *om.*CT

⁶ non potest sumi nisi ZT : potest sumi C

⁷ falsa Z : falsum CT

⁸ ut dictum fuit Z : *om.*CT

⁹ antecedenti ZC : *om.*T

¹⁰ vel tertio modo relative ZC : aut resolute T

¹¹ tunc ZC : sic T

¹² per se sicut etiam dictum fuit Z : *om.*CT

¹³ sed pro intellectu regulae Z : et tunc pro naturali (?) regula T : et tunc pro noticia C

¹⁴ independentibus ZT : independentium significationum C

¹⁵ talibus : generaliter *add.*CT

¹⁶ regula : scilicet a tota copulativa ad alteram ejus partem est consequentia bona *add.*T

¹⁷ in Z : de CT

¹⁸ non ZT : *om.*C

¹⁹ et patet responsio Z : et cetera CT

Version Alyngton mss.

<Vicesimum argumentum¹>

Z 20rb ; C 54v ; T 57ra.

Vicesimo arguitur sic² : « tantum substantia non est accidens ; ergo tantum aliquid non est accidens », et haec eadem non valet ; ergo et cetera.

<Quod est bona>

Probatur quod sit bona³ : quia arguitur ab inferiori ad suum superius a parte subjecti⁴ cum dictione exclusiva addita subjectis ; ergo consequentia bona⁵. Nec potest dici quod negatio postposita impedit⁶ : sequitur enim⁷ formaliter « tantum homo non currit ; ergo tantum animal non currit ».

Item, antecedens est impossibile.

Probo⁸ : quia necessarium⁹ est quod illud¹⁰ quod non est substantia non¹¹ sit accidens, quod¹² est ejus oppositum¹³.

Et hoc¹⁴ probatur sic : haec consequentia est bona « chimaera non est substantia, et chimaera non est accidens ; ergo quod non est substantia non est accidens », et totum antecedens est necessarium ; ergo et consequens et, per consequens¹⁵, consequentia prius facta¹⁶ est bona.

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSC (20) — Version LSO (20) — pas de correspondant dans la Version Heytesbury

² sic : haec consequentia est bona *add.*CT

³ et haec eadem non valet ... bona ZT : *om.*C

⁴ ad suum superius a parte (subjecti Z/praedicati T) ZT : et cetera C

⁵ ergo consequentia bona Z : ergo et cetera CT

⁶ impedit ZC : impediatur modum arguendi T

⁷ sequitur enim ZC : quia sequitur T

⁸ probo Z : *om.*CT

⁹ necessarium ZT : in casu C

¹⁰ illud Z : tale T : *om.*C

¹¹ non : *in mg.*Z

¹² quod ZC : et T

¹³ oppositum : ergo et cetera *add.*T

¹⁴ hoc Z : idem CT

¹⁵ et per consequens ZT : *om.*C

¹⁶ consequentia prius facta Z : prima consequentia CT

Tractatus *Juxta hunc textum*

<Quod non valet>

Quod tamen non valet arguitur sic¹ : quia ejus² antecedens est verum et consequens falsum ; ergo et cetera³.

Antecedens <probat> sic⁴ : sequitur⁵ « substantia non est accidens, et omne aliud a substantia est accidens ; ergo tantum substantia non est accidens ».

Tenet consequentia⁶ ab exponentibus ad expositam, et⁷ totum antecedens est verum ; ergo et consequens.

Sed⁸ quod consequens primae consequentiae sit falsum patet : quia altera ejus⁹ exponens est falsa, videlicet ‘omne aliud ab aliquo est accidens’, cum nihil sit aliud ab aliquo.

<Responsio>

Pro isto, respondent aliqui¹⁰ ponentes veritates de futuro et praeterito¹¹ concedentes¹² consequentiam : quia antecedens est impossibile, cum aliquod ens est¹³ quod non¹⁴ est substantia nec accidens, ut tales veritates ‘me non esse asinum’ sive ‘Antichristum fore’.

Sed aliter¹⁵ respondent alii¹⁶ negantes hujusmodi veritates qui non ponunt ens praeter substantiam et accidens, negando consequentiam¹⁷ dicendum in aliis¹⁸

¹ quod tamen non valet arguitur sic ZT : et tamen quod consequentia non valet probatur C

² ejus Z : om.CT

³ ergo et cetera ZC : ergo consequentia non valet T

⁴ antecedens probatur sic *corr.* : antecedens sic ZC : quod antecedens sit verum probatur sic T

⁵ sequitur Z : nam sequitur C : sequitur formaliter T

⁶ tenet consequentia Z : consequentia patet CT

⁷ et ZT : ergo et cetera C

⁸ sed Z : et CT

⁹ ejus ZC : istius T

¹⁰ respondent aliqui Z : dicitur aliqui C : respondetur quod aliqui sunt T

¹¹ de futuro et praeterito Z : de praeterito et (de C/om.T) futuro CT

¹² concedentes Z : concedo C : et sic concedo T

¹³ aliquod ens est Z : (aliquid C/aliquod T) sit ens CT

¹⁴ non Z : neque C : nec T

¹⁵ aliter ZT : om.C

¹⁶ alii ZT : quidam C

¹⁷ hujusmodi veritates qui non ponunt ... consequentiam ZC : om.T

¹⁸ dicendum in aliis Z : dicentes quod quamvis in aliis valet consimilis forma C : quod quamvis non valeat in aliis terminis consimilibus formaliter T

Version Alyngton mss.

quamvis teneat consimilis forma, non tamen tenet¹ in terminis transcendentibus, et ratio est quia² termini transcendentis³ propter sui⁴ communitatem non possunt⁵ excludi sicut non sequitur « tantum iste homo non differt ab isto homine ; ergo tantum ens non differt ab isto homine », verum est per exponentes quod consequentia non valet⁶ nec est inconueniens quod ex tali negativa sequatur affirmativa, cum ipsa non sit mere negativa⁷.

¹ tenet Z : valet CT

² quia ZT : quod C

³ termini transcendentis Z : terminus transcendens CT

⁴ sui ZT : suam C

⁵ possunt Z : potest CT

⁶ verum est per exponentes ...non valet Z : notum (enim T/om.C) est quod consequentia non valet per exponentes CT

⁷ mere negativa Z : mera negativa et sic de aliis C : una negativa ergo et cetera T

Tractatus *Juxta hunc textum*

<Vicesimum primum argumentum¹>

Z 20va ; C 55a ; T 57va.

Vicesimo primo arguitur² : « omnis homo est animal ; ergo omnis homo est asinus³ ».

<Quod est bona>

Et quod sit bona probatur : quia ex opposito sequitur oppositum. Sequitur enim⁴ « nullus homo est animal ; ergo nullus homo est asinus », et, per consequens, cum⁵ in ista ‘nullus⁶ homo est animal’ removetur universaliter asinus ab homine, et quidquid vel⁷ qualitercumque removetur in ista⁸ ‘nullus homo est animal’ contrarie⁹ affirmatur in ista ‘quilibet¹⁰ homo est animal’ ; ergo in ista ‘quilibet¹¹ homo est animal’ quilibet asinus affirmatur de¹² homine et, per consequens, sequitur « omnis¹³ homo est animal ; ergo omnis¹⁴ homo est asinus ».

<Responsio>

Respondetur¹⁵ negando consequentiam, et negatur etiam quod quidquid et qualitercumque negatur in ista ‘nullus homo est animal’ affirmatur in ista ‘omnis¹⁶ homo est animal’. In negativa¹⁷ enim propter mobilitatem distributionis¹⁸

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSC (21) — Version LSO (21) — Version Heytesbury (21)

² arguitur Z : arguitur sic haec consequentia non valet C : ad idem arguitur sic haec consequentia est bona T

³ asinus : et haec eadem non valet ergo et cetera quod non valet patet *add.*T : deniter(?)/demter(?) *add.*C

⁴ quia ex opposito ... enim Z : quia sequitur CT

⁵ cum Z : *om.*CT

⁶ nullus ZT : *om.*C

⁷ vel Z : et CT

⁸ ista : propositione *add.*T

⁹ contrarie ZT : *om.*C

¹⁰ quilibet Z : omnis CT

¹¹ quilibet Z : omnis CT

¹² de ZT : ab C

¹³ omnis CT : quilibet Z

¹⁴ aliquis CT : quilibet Z

¹⁵ respondetur Z : pro isto dicitur CT

¹⁶ omnis CT : quilibet Z

¹⁷ negativa ZT : necessaria C

¹⁸ mobilitatem distributionis Z : vehementiam distributionis C : vehementiam negationis T

Version Alyngton mss.

distribuitur tam subjectum quam praedicatum, ubi in affirmativa distribuitur solum subjectum. Conceditur tamen quod quidquid primo affirmatur de subjecto in uno¹ idem solum² sibi synonymum removetur a³ subjecto in alio⁴, sed non qualitercumque : quia⁵ universaliter removetur et distribuitur⁶ praedicatum in negativa et⁷ non distributive affirmatur in affirmativa et cetera⁸.

¹ uno ZC : una T

² solum Z : vel CT

³ a Z : de CT

⁴ alio ZC : alia T

⁵ quia ZC : ratio est quia T

⁶ universaliter removetur et distribuitur Z : universaliter et distributive removetur CT

⁷ et : confuse tantum *add.*T

⁸ et cetera ZT : et sic patet responsio de consimilibus et cetera C

Tractatus *Juxta hunc textum*

<Vicesimum secundum argumentum¹>

Z 20vb ; C 55v ; T 57vb.

Vicesimo secundo sic² : « tu credis praecise quod homo est asinus ; ergo tu deceperis ».

<Quod est bona>

Probatur : quia sequitur « tu credis praecise quod homo est asinus ; ergo tu credis praecise³ sicut non est », et ultra « ergo tu deciperis », patet consequentia juxta⁴ modum loquendi de isto termino ‘decipi’.

<Quod non valet>

Et probatur quod argumentum non valet⁵ : quia in⁶ casu tu credis praecise quod homo est asinus⁷ quando non⁸ deciperis ; ergo et cetera.

Antecedens probo sic⁹, et pono quod credas¹⁰ istam propositionem praecise¹¹ ‘homo est asinus quando¹² non deciperis’, et sequitur tunc¹³, cum ista¹⁴ praecise significet quod¹⁵ homo est asinus quando non deciperis, quod¹⁶ credis praecise quod homo est asinus quando non deciperis.

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSC (22) — Version LSO (22) — Version Heytesbury (30)

² sic : haec consequentia est bona *add.C* : ad idem arguitur sic haec consequentia est bona T

³ tu credis praecise] quod homo est asinus ergo tu deceperis probatur ... tu credis praecise] *LAC T*

⁴ juxta : communem *add.CT*

⁵ et probatur quod argumentum non valet Z : et quod valet probatur CT

⁶ in : aliquo *add.T*

⁷ asinus : #ergo tu credis praecise sicut non est# *add.Z*

⁸ non ZT : *om.C*

⁹ probo sic *corr.* : sic Z : probatur C : probo T

¹⁰ credas Z : tu credis CT

¹¹ praecise ZC : *om.T*

¹² quando CT : *om.Z*

¹³ et sequitur tunc Z : tunc sequitur C : et tunc T

¹⁴ cum ista ZT : *om.C*

¹⁵ praecise significet quod Z : praecise C : significet praecise quod T

¹⁶ quod Z : quia tu C : sequitur quod T

Version Alyngton mss.

<Responsio>

Ad istud respondent aliqui negantes primam¹ consequentiam factam pro improbatione² consequentiae³. Nec sequitur juxta eos⁴ « tu credis praecise quod homo est asinus quando non deciperis ; ergo non deciperis » : quia antecedens non est temporalis sed propositio⁵ de temporali praedicato, cum actus hujus verbi ‘credo’ cadat super totam compositionem⁶, potest tamen esse⁷ temporalis⁸ in casu quo sit, tunc est falsa et impossibilis, et sic⁹ in sensibus aequivocis potest eadem propositio nunc esse vera et nunc¹⁰ falsa facta variatione in modo arguendi¹¹.

Item¹² respondent aliqui¹³ concedentes consequentiam principalem.

Et ad consequentiam factam, pro ejus improbatione concedunt illam¹⁴, et negant antecedens, et ulterius negant¹⁵ casum. Dicunt enim¹⁶ quod¹⁷ non est possibile credere aliter¹⁸ cum eo ipso quod credo aliter¹⁹ : habeo evidentiam quam etiam credo²⁰, sed quoad illos oportet²¹ demere istum terminum²² ‘praecise’. Et tunc arguitur sic conformiter²³ sicut prius, et stabit argumentum non²⁴ eo minus.

¹ primam Z : om. CT

² improbatione : primae add. C : principalis add. T

³ consequentiae : factae add. C

⁴ nec sequitur juxta eos ZC : non enim juxta eos sequitur T

⁵ propositio Z : propositio cathgorica T : om. C

⁶ compositionem ZC : propositionem T

⁷ esse : una universalis add. T

⁸ temporalis : et add. CT

⁹ sic ZC : om. T

¹⁰ nunc Z : alias CT

¹¹ (variatione C/varietatione Z) in modo (arguendi Z/figurandi C) ZC : verificatione cum modo significandi T

¹² item Z : sed aliter CT

¹³ aliqui ZC : alii T

¹⁴ illam Z : consequentiam CT

¹⁵ negant ZC : ad T

¹⁶ enim ZC : om. T

¹⁷ quod ZT : om. C

¹⁸ credere aliter Z : me credere praecise aliter quam est C : credere aliquialiter praecise T

¹⁹ cum eo ipso quod credo aliter ZC : ratio est quia eo ipso quod credo aliquialiter T

²⁰ quam etiam credo Z : ad sic credendum quam (evidentiam add. T) etiam credo CT

²¹ oportet : me add. C

²² istum terminum Z : hanc dictionem CT

²³ tunc arguitur sic conformiter Z : arguitur tunc conformiter sicut C : arguitur tunc formaliter sicut T

²⁴ non Z : om. CT

Tractatus *Juxta hunc textum*

Et conformiter dicitur¹ ad tales ‘tu scis² A fore verum antequam ipsum³ erit verum’. Potest enim actus hujus verbi ‘scio’ cadere super totum complexum, et sic est propositio⁴ de temporali⁵ praedicato falsa⁶ significans⁷ quod tu scis⁸ talem veritatem ‘A fore verum antequam ipsum⁹ erit verum’. Haec enim propositio ‘A erit verum antequam A¹⁰ erit verum’ est falsa¹¹. Secundo modo, potest actus hujus verbi ‘scio’ cadere super primam propositionem solum, et sic est possibilis, posito¹² quod hodie scias¹³ A fore verum et quod cras primo¹⁴ erit A verum¹⁵.

¹ dicitur ZC : respondetur T

² scis ZT : scies C

³ ipsum Z : A T : om.C

⁴ propositio : categorica add.T

⁵ temporali *corr.* : temperato CT : copulato Z

⁶ falsa ZT : falsum C

⁷ significans ZC : quia significat T

⁸ scis ZT : scies C

⁹ ipsum Z : A T : om.C

¹⁰ A ZT : om.C

¹¹ falsa : ut patet evidenter add.T

¹² et sic est possibilis posito Z : et hoc est possibile posito C : ut posito de possibili T

¹³ scias Z : sciam CT

¹⁴ primo ZT : om.C

¹⁵ verum : et sic de aliis et cetera add.C

Version Alyngton mss.

<Vicesimum tertium argumentum¹>

Z 21ra ; C 56r ; T 58rb.

Vicesimo tertio² arguitur³ sic : haec consequentia est bona « si tu es asinus, tu es asinus, et tu es asinus ; ergo tu es asinus⁴ ».

<Quod est bona>

Tenet consequentia⁵ : quia arguitur a tota⁶ conditionali cum suo⁷ antecedente ad consequens ejusdem ; ergo consequentia bona⁸.

<Quod non valet>

Et quod non valeat proba⁹ : quia antecedens est verum et consequens falsum ; ergo consequentia non valet¹⁰.

Antecedens arguitur sic¹¹ : antecedens est una conditionalis necessaria et, per consequens, ipsum¹² est necessarium.

Patet antecedens¹³, cum formaliter sequatur¹⁴ « tu es asinus ; ergo tu es asinus et tu es asinus », et ex omni consequentia bona potest fieri¹⁵ conditionalis bona. Sequitur¹⁶ quod conditionalis convertitur cum ista¹⁷ consequentia¹⁸ bona, et cum

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSC (23) — Version LSO (23) — pas de correspondant dans la Version Heytesbury

² tertio : ad idem *add.T*

³ arguitur ZT : *om.C*

⁴ asinus : et haec eadem non valet ergo et cetera *add.T*

⁵ tenet consequentia Z : quod sit bona probatur T : *om.C*

⁶ tota ZT : *om.C*

⁷ suo ZC : *om.T*

⁸ ergo consequentia bona Z : erit consequentia bona ergo et cetera T

⁹ valeat proba Z : valet probatur CT

¹⁰ ergo consequentia non valet ZT : ergo et cetera C

¹¹ arguitur sic *corr.* : arguitur Z : sic CT

¹² ipsum ZC : *om.T*

¹³ patet antecedens ZC : patet etiam antecedens esse verum T

¹⁴ formaliter sequatur Z : #formaliter# conformiter sequitur C : conformiter sequitur T

¹⁵ fieri ZC : sequi T

¹⁶ sequitur : ergo *add.CT*

¹⁷ ista ZC : *om.T*

¹⁸ consequentia : sit *add.C*

Tractatus *Juxta hunc textum*

antecedens¹ primae consequentiae² est³ verum cujus consequens patet⁴ absque probatione esse falsum ; ergo consequentia non valet⁵.

<Responsio>

Ad istam consequentiam⁶ respondetur diversimode, sed videtur mihi magis⁷ probabile et apparens⁸ ac levius sustinendum juvenibus dubitare⁹ consequentiam quando proponitur¹⁰, ex¹¹ hoc quod nescit respondens utrum sumatur¹² copulative vel conditionaliter et, per consequens¹³, utrum sit bona vel non bona¹⁴. Certificet tamen opponens unum sensum et respondeat tunc respondens secundum illum sensum¹⁵.

Si enim sumatur antecedens¹⁶ copulative, constat argumentum fore bonum¹⁷. Unde ad hoc¹⁸ inveniendum¹⁹ additur communiter iste terminus ‘sed²⁰’.

Si autem sit totum antecedens conditionalis, tunc²¹ argumentum non valet.

¹ et cum antecedens Z : et sic sequitur quod antecedens C : et cum antecedens sit hujusmodi conditionalis sequitur quod antecedens *add.*T

² (primae Z/principalis T) consequentiae ZT : *om.*C

³ est ZC : sit T

⁴ patet ZC : potest T

⁵ ergo (principalis *add.*T) consequentia non valet ZT : *om.*C

⁶ consequentiam ZT : *om.*C

⁷ magis Z : *om.*CT

⁸ et apparens Z : *om.*CT

⁹ dubitare ZC : dubitando T

¹⁰ quando proponitur ZT : *om.*C

Note en marge dans Z en bas du folio 21ra : « Secundum Venatorem : notandum quod a parte copulativae ad totam copulativam tertibus modis valet consequentia : primo quando partes convertuntur, secundo quando se habent sicut superius et inferius, tertio quando arguitur a parte impossibili ad partem possibilem. Et ibidem contingit arguendo a tota disjunctiva ad alteram ejus partem principalem ».

¹¹ ex ZC : ad T

¹² utrum sumatur Z : utrum antecedens sumitur C : utrum si sumatur T

¹³ consequens : nescit *add.*T

¹⁴ bona ZT : *om.*C

¹⁵ sensum ZC : *om.*T

¹⁶ antecedens ZT : *om.*C

¹⁷ bonum ZC : verum T

¹⁸ hoc : quod *add.*C

¹⁹ inveniendum Z : respondendum est et T

²⁰ communiter iste terminus sed ZC : iste terminus communiter T

²¹ sit totum antecedens conditionalis tunc Z : sumatur conditionaliter C : totum antecedens est una conditionalis T

Version Alyngton mss.

Conformiter dicitur ad hoc argumentum « tu non es asinus vel tu es asinus et tu es asinus ; ergo tu es asinus¹ » <quod> dubitanda est consequentia.

Si² antecedens sit³ copulativa, patet argumentum esse⁴ bonum ; si vero sit⁵ disjunctiva, patet argumentum non valere⁶.

Aliis autem⁷ placet simpliciter concedere tales consequentias eo quod habent unum sensum primarium verum⁸, et dicunt quod per concessionem consequentiae limitatur antecedens ad sensum copulativum⁹. Unde dicunt quod stat¹⁰ aliquam talem esse veram, in sensu alio quam¹¹ copulativo, haec tamen universaliter¹² est falsa.

Et si ponitur quod¹³ secundum diversos significet diversimode, admittunt¹⁴ illam esse uni veram et alteri falsam.

Vel¹⁵ aliter dicunt illam non¹⁶ esse propositionem, sed¹⁷ oratio plures.

Vel tertio dicunt quod illa¹⁸ est simpliciter¹⁹ falsa : quia sicut non est illa primarie significat, nec sequitur quod illa sit²⁰ vera quamvis significet²¹ primarie sicut est : quia ad hoc quod sit vera oportet quod praecise²² primarie sicut est significet et non²³ sicut non est.

¹ tu non es asinus vel tu es asinus et tu es asinus ergo tu es asinus Z : tu es vel tu es asinus et tu non es ergo tu es asinus C : tu es asinus vel tu non es asinus sed tu non es asinus ergo tu es asinus T

² si : enim *add.*T

³ sit : una *add.*T

⁴ esse ZC : fore T

⁵ vero sit Z : *om.*CT

⁶ patet argumentum non valere ZT : argumentum non valet C

⁷ autem ZT : tamen C

⁸ verum ZT : *om.*C

⁹ *Note en marge dans Z en regard de ce paragraphe* : « Possumus etiam dicere quod valet consequentia tamquam si argueretur a tota disjunctiva cum destructione unius partis ad aliam partem, sed neganda esset minor ».

¹⁰ quod stat Z stat C : quod stat antecedens T

¹¹ quam Z : a sensu CT

¹² universaliter Z : illic CT

¹³ quod ZC : *om.*T

¹⁴ admittunt ZC : admittatur T

¹⁵ vel CT : et Z

¹⁶ dicunt illam non CT : non dicunt illam Z

¹⁷ sed : dicunt quod est *add.*CT

¹⁸ illa ZT : ipsa C

¹⁹ simpliciter ZT : *om.*C

²⁰ illa sit Z : est CT

²¹ quamvis significet Z : si significet C : quia significat T

²² praecise : et *add.*T

²³ et non Z : hoc quod est quod primarie significet sicut non est et non significet praecise C : et non hoc est quod significat sicut est et quod non significat primarie T

Tractatus *Juxta hunc textum*

Multae igitur sunt¹ alterationes in hypotheticis mixtis, ut hic « quidquid esses si asinus esses, illud nunc esses² ; sed asinus esses si asinus esses ; ergo asinus³ nunc es ». Non enim valet⁴ consequentia, cum antecedens sit verum et consequens falsum. Si enim esses⁵ asinus, esses⁶ quodlibet⁷ quod jam esses⁸, cum⁹ ex impossibili sequatur¹⁰ quodlibet¹¹ ; immo solum hoc esses si asinus esses¹².

Item¹³, aliud ab hoc esses¹⁴ si asinus esses¹⁵, cum ad impossibile¹⁶ sequatur¹⁷ utraque pars contradictionis. Ista tamen ‘quidquid esses¹⁸ si asinus esses¹⁹, illud nunc es²⁰’ tenetur conditionaliter, et tunc ejus contradictorium²¹ debet dari per negationem praepositam isto modo « non est ita quod quidquid esses²² si asinus esses²³ illud nunc esses²⁴ et cetera », quae²⁵ aequivalet²⁶ huic ‘potest esse quod sis²⁷ asinus’, cum hoc quod non sis²⁸ quidquid nunc esses²⁹, quae est falsa³⁰.

¹ sunt : tales *add.*C

² esses Z : es CT

³ asinus ZC : illud T

⁴ valet : ista *add.*T

⁵ esses Z : essem CT

⁶ esses Z : essem CT

⁷ quodlibet ZT : quidlibet C

⁸ jam esses Z : nunc sum sicut patet CT

⁹ cum ZT : quia C

¹⁰ sequatur Z : sequitur CT

¹¹ quodlibet ZT : quidlibet C

¹² hoc esses si asinus esses Z : hoc essem si essem asinus CT

¹³ item Z : et tamen C : et nihil T

¹⁴ esses Z : essem CT

¹⁵ esses Z : essem CT

¹⁶ ad impossibile ZT : ex impossibili C

¹⁷ sequatur Z : sequitur CT

¹⁸ esses Z : essem CT

¹⁹ esses Z : essem CT

²⁰ es Z : sum CT

²¹ contradictorium ZT : oppositum C

²² esses Z : essem CT

²³ esses Z : essem CT

²⁴ esses Z : sum CT

²⁵ quae Z : quod CT

²⁶ aequivalet ZT : aequipollet C

²⁷ sis Z : sum C : ego sum T

²⁸ sis Z : sum CT

²⁹ esses Z : sum CT

³⁰ quae est falsa ZC : quia falsa est T

Version Alyngton mss.

Alio modo potest ista esse propositio¹ cathgorica de conditionato extremo sic exponibilis « aliquid quod esses² si asinus esses³ illud⁴ nunc es⁵, et nihil es⁶, quod non esses⁷ si esses⁸ asinus⁹ », cujus¹⁰ contradictorium est falsum, videlicet ‘aliquid es¹¹ quod non esses¹² si esses¹³ asinus’. Quidquid detur¹⁴ quod nunc es¹⁵ illud esses¹⁶ si asinus esses¹⁷ ; ideo falsum est quod illud non esses¹⁸ si asinus esses¹⁹. Verumtamen universaliter assignata sic sumpta²⁰ de conditionato extremo est contingens, cum foret falsa te²¹ non existente. Quamvis tamen²² conditionalis in eisdem²³ terminis sit necessaria cujus contradictorium debet etiam dari²⁴ per negationem praepositam toti sicut prius, sed tunc illud contrarium aequivaleret huic²⁵ ‘non es²⁶ aliquid quod esses²⁷ si asinus esses²⁸’, quae te²⁹ existente est falsa, cum te³⁰ non existente³¹ foret³² vera, cum sit contingens, et sic conformiter de

¹ esse propositio Z : propositio esse CT

² esses Z : essem CT

³ esses Z : essem C : essem et T

⁴ illud Z : et illud T : *om.C*

⁵ es Z : sum CT

⁶ es Z : sum CT

⁷ esses Z : essem CT

⁸ esses Z : essem CT

⁹ asinus : ergo quidquid et cetera et tunc minor est vera *add.T*

¹⁰ cujus ZC : quia ejus T

¹¹ es Z : sum T : *om.C*

¹² esses Z : essem CT

¹³ esses Z : essem CT

¹⁴ detur Z : enim detur C : dicitur T

¹⁵ es Z : sum CT

¹⁶ esses Z : essem CT

¹⁷ esses Z : essem asinus C : essem T

¹⁸ esses Z : essem CT

¹⁹ esses Z : essem CT

²⁰ universaliter assignata sic sumpta Z : vel sũ(?) sumitur T

²¹ (est contingens Z/ex contingenti C) cum foret falsa (te Z/me C) ZC : tunc consequens non foret falsum me T

²² tamen ZC : *om.T*

²³ eisdem ZC : ejusdem T

²⁴ debet etiam dari Z : debet dari et etiam C : debet dari T

²⁵ sed (tunc Z/tamen C) illud contrarium (aequivaleret Z/aequivalet C) huic ZC : et tunc aequivalet huic T

²⁶ es Z : sum CT

²⁷ esses Z : essem CT

²⁸ esses Z : essem CT

²⁹ te Z : me CT

³⁰ cum te Z : me tamen C

³¹ existente] est falsa cum te non existente] *LAC T*

³² foret ZT : est C

Tractatus *Juxta hunc textum*

multis aliis¹. Certum enim² est quod prioritas et³ posterioritas notae non necessitant hominem⁴ ad concedendum contra voluntatem suam aliquas⁵ tales propositiones copulativae vel disjunctivae.

Et⁶ patet responsio ad omnes tales consimiles⁷.

¹ et (sic *Z/om.C*) conformiter de multis aliis *ZC : om.T*

² certum enim *Z : exemplum enim C : certum T*

³ et *Z : vel CT*

⁴ notae non necessitant hominem *ZC : blanc dans T*

⁵ aliquas *Z : tales C : om.T*

⁶ et *Z : ut C : et sic T*

⁷ ad omnes (tales *Z/om.T*) consimiles *ZT : om.C*

Version Alyngton mss.

<Vicesimum quartum argumentum¹>

Z 21va ; C 57r ; T 59rb.

Vicesimo quarto et ultimo² arguitur sic : haec consequentia est bona « tu scis hoc esse hoc ; ergo hoc scis esse hoc³ » :

<Quod est bona>

quia arguitur a sensu composito⁴ ad sensum divisum⁵ ubi iste terminus⁶ ‘hoc’ est simplex subjectum sine⁷ aliquo determinabili ; ergo consequentia bona.

<Quod non valet>

Et probatur quod argumentum non valet ponendo⁸ quod per ly ‘hoc’ demonstratur⁹ animal a remoto¹⁰ quod credas¹¹ esse lapidem, tunc¹² patet antecedens esse verum¹³ : quia¹⁴ talis propositio est scita a te ‘hoc est hoc’ sive ‘haec res est haec res’, quae primarie significat hoc esse hoc ; ergo tu scis hoc esse hoc¹⁵.

Et quod consequens sit falsum arguitur¹⁶ : quia nihil scis esse hoc ; ergo non hoc scis esse hoc¹⁷.

¹ Argument correspondant dans les autres versions : Version LSC (24) — Version LSO (24) — Version Heytesbury (25)

² et ultimo Z : ad idem T : *om.*C

³ hoc : et haec eadem non valet ergo et cetera quod haec sit bona patet *add.*T

⁴ composito : falso *add.*T

⁵ divisum : verum *add.*T

⁶ iste terminus Z : hoc pronomen CT

⁷ sine CT : sub Z

⁸ et probatur quod argumentum non valet ponendo Z : et quod (consequentia C/*om.*T) non valet probatur et (ponitur C/pono T) CT

⁹ demonstratur Z : demonstratur CT

¹⁰ remoto Z : remotis CT

¹¹ credas ZT : credatur C

¹² tunc ZC : in isto casu T

¹³ esse verum ZC : *om.*T

¹⁴ quia Z : cum CT

¹⁵ sive haec res est ... hoc esse hoc ZT : ergo et cetera C

¹⁶ arguitur : sic *add.*CT

¹⁷ hoc : ergo et cetera *add.*T

Tractatus *Juxta hunc textum*

Antecedens probatur : nihil quod est hoc scis esse hoc, ut patet¹, nec aliquid quod non² est hoc scis esse hoc³ ; ergo nihil⁴ scis esse hoc.

Consequentia patet, et major probatur⁵ : quia non animal scis esse hoc, et solum animal scis esse⁶ hoc ; ergo nihil quod est hoc scis esse hoc⁷.

Antecedens probatur⁸ ‘nullum animal credis esse hoc’ : quia per casum credis hoc⁹ esse lapidem et cum¹⁰ nihil scias nec aliququaliter¹¹ nisi qualiter credis, sequitur quod nullum animal scis esse hoc.

Item sic¹² : non¹³ illud quod credis¹⁴ esse hoc scis esse hoc : quia solum¹⁵ lapidem credis esse hoc¹⁶, et nullus lapis est hoc nec¹⁷ illud quod non credis esse hoc scis esse hoc, cum ad omne scire requiratur¹⁸ credere¹⁹. Scire enim est credere²⁰ sine hesitatione verum ; ergo et cetera.

<Responsio>

Ad istud respondetur quod²¹ supposito quod pronomina sumantur absolute et non connotative, tunc²² argumentum est bonum.

Et admittitur casus, et²³ negatur quod nihil scio esse hoc ; immo conceditur quod aliquid quod est hoc scio esse hoc.

¹ ut patet Z : sicut patet ex casu T : *om.C*

² non CT : *om.Z*

³ scis esse hoc ZT : *om.C*

⁴ nihil : quod est hoc *add.C*

⁵ major probatur Z : antecedens probatur pro majori T

⁶ scis esse T : est Z

⁷ scis esse hoc] consequentia patet et major ... scis esse hoc] *LAC C*

⁸ probatur ZC : probo T

⁹ hoc ZC : *om.T*

¹⁰ cum ZC : tamen T

¹¹ aliququaliter CT : aliter Z

¹² sic ZC : *om.T*

¹³ non ZC : nec T

¹⁴ credis : hoc *add.T*

¹⁵ solum Z : *om.T*

¹⁶ esse hoc ZC : hoc esse T

¹⁷ nec ZC : nisi T

¹⁸ requiratur Z : requiritur CT

¹⁹ credere ZC : sic scire T

²⁰ credere : firmiter *add.CT*

²¹ respondetur quod ZT : dicitur C

²² tunc T : quod ZC

²³ et : ulterius *add.CT*

Version Alyngton mss.

Quod¹ patet per resolutionem² : quia hoc scio esse hoc, et hoc est aliquid quod est hoc ; ergo et cetera.

Et conformiter conceditur³ quod animal scio esse hoc : quia hoc scio esse hoc, et hoc est animal ; ergo animal scio esse hoc⁴. Verumtamen non scio hoc esse⁵ animal, ut patet ex casu⁶.

Et tunc ad argumentum, quando arguitur quod⁷ nullum animal credo esse hoc⁸ et non scio aliter nisi sicut credo ; ergo nullum animal scio esse hoc⁹, dicitur negando assumptum : quia animal scio esse hoc et¹⁰ credo esse hoc, ut¹¹ patet per suas resolventes¹². Non tamen credo hoc esse animal, et sic¹³ haec est falsa ‘lapidem credo esse hoc’ : quamvis ista¹⁴ sit vera ‘credo lapidem esse hoc’ vel¹⁵ ‘credo hoc esse lapidem¹⁶’. Propositio enim in sensu diviso, si terminus communis praecedat, debet resolvi.

Et patet responsio ad secundum¹⁷ conformiter : quia illud¹⁸ quod credo esse hoc scio esse hoc, sicut patet per resolventes¹⁹, et falsum est quod illud quod non credo esse hoc scio esse hoc, ut patet ex praedictis.

Verumtamen est notandum quod iste terminus ‘hoc’ potest connotare diversas res²⁰, ut in casu²¹ iste terminus ‘hoc’ convertitur²² cum isto termino ‘hoc²³ sedens’,

¹ quod Z : ut C : sicut T

² resolutionem Z : resolventes CT

³ conceditur ZC : concedatur T

⁴ et hoc est animal ergo animal scio esse hoc Z : et hoc est animal ergo et cetera T : et cetera C

⁵ esse : hoc *add.*T

⁶ ex casu ZT : per casum C

⁷ quando arguitur quod ZT : et C

⁸ hoc ZT : *om.*C

⁹ nisi (sicut Z/qualiter T) credo ergo nullum animal scio esse hoc ZT : et cetera C

¹⁰ scio esse hoc et Z : *om.*CT

¹¹ ut ZC : sicut T

¹² suas resolventes Z : resolventes C : exponentes T

¹³ sic ZC : similiter T

¹⁴ ista Z : haec CT

¹⁵ credo lapidem esse hoc vel ZC : *om.*T

¹⁶ vel credo hoc esse lapidem ZT : *om.*C

¹⁷ ad secundum ZC : *om.*T

¹⁸ quia illud Z : quod illud C : ad idem T

¹⁹ resolventes ZC : exponentes T

²⁰ res Z : circumstantias CT

²¹ casu : quod *add.*T

²² convertitur ZC : convertatur T

²³ hoc ZC : homo T

Tractatus *Juxta hunc textum*

et isto modo non esset¹ inconueniens cum diversis² connotationibus concedere³ quod credo hoc esse et etiam credo hoc non esse, ut si videam aliquod animal⁴ a remotis cujus aliquam partem videam⁵ auferri et quod credam⁶ quod sit res⁷ inanimata, sciendo⁸ quod ad⁹ cuiuslibet partis¹⁰ rei inanimatae permanentis corruptionem¹¹ sequitur corruptio totius. Tunc per¹² ablationem est verum¹³ quod scio hoc esse, demonstrando illud¹⁴ quod jam video sine connotatione partis ablatae, et hoc credo non esse, denotando¹⁵ illud¹⁶ cum connotatione partis ablatae.

Et conformiter in denotatione¹⁷ intellectuali scio quod hoc¹⁸ est papa, demonstrando illum quem credo esse papam in mente mea¹⁹ qui de facto est papa, et tamen²⁰ illo eodem praesente²¹ mihi quoad sensum nescirem²² quod illud²³ existens in tali apparatus et in²⁴ talibus circumstantiis esset²⁵ papa.

Et conformiter in casu quod iste terminus ‘hoc²⁶’ connotaret hoc sedens et alter terminus connotaret hoc²⁷ stans, demonstrato te sedente per utrumque terminum, concederem²⁸ quod hoc est²⁹ et quod hoc est³⁰ : quia hoc sedens est, et tamen hoc

¹ esset ZC : est T

² diversis ZC : istis T

³ concedere ZC : om.T

⁴ animal ZC : animatum T

⁵ videam Z : video C : percipiam T

⁶ et quod credam Z : et quoddam(?) C : illud credo T

⁷ res ZC : om.T

⁸ sciendo ZC : sciendum tamen T

⁹ ad ZT : om.C

¹⁰ partis ZT : om.C

¹¹ corruptionem T : ad partis corruptionem C : om.Z

¹² per Z : post CT

¹³ est verum ZC : verum est dicere T

¹⁴ illud ZC : om.T

¹⁵ denotando Z : demonstrando CT

¹⁶ illud ZC : idem T

¹⁷ in denotatione Z : denominatione C : demonstratione T

¹⁸ hoc ZC : iste T

¹⁹ esse papam in mente mea Z : in mente esse papam CT

²⁰ tamen ZC : om.T

²¹ praesente Z : praesentato CT

²² nescirem ZC : nescire T

²³ illud Z : ille idem C : idem T

²⁴ in tali apparatus et in Z : in illo loco cum C : cum T

²⁵ esset ZC : est T

²⁶ hoc ZC : om.T

²⁷ hoc ZC : om.T

²⁸ concederem ZC : concederet T

²⁹ est : hoc add.T

³⁰ et quod hoc est Z : om.CT

Version Alyngton mss.

non est¹ eodem demonstrato : quia hoc stans non est. Et² patet in casu superius posito quo modo non sequitur « ego non scio hoc esse lapidem, et scio hoc esse ; ergo scio hoc esse non lapidem ». Major enim sequitur³ ex casu, et minor⁴ etiam, cum ejus contradictorium sit⁵ falsum, est vera⁶, cum illud denotatum non sit lapis et, per consequens, patet illud⁷ esse falsum, cum ex casu credam illud⁸ esse lapidem et, per consequens⁹, non credo illud esse non¹⁰ lapidem.

Et sic patet responsio et istius libri finis praeclarus¹¹.

EXPLICIT TRACTATUS QUI VOCATUR JUXTA HUNC TESTUM CORRECTUS
SECUNDUM MAGISTRUM ROBERTUM ALYNGTON. AMEN
ANNO DOMINI M° CCCC° X° DIE 29^a MENSIS MARTII. (Z)

EXPLICIT JUXTA HUNC TEXTUM CORRECTUM PER MAGISTRUM ROBERTUM
ALYNGTON DOCTOREM EVANGELICUM (T)

EXPLICIT JUXTA HUNC TEXTUM (C)

¹ est : hoc *add.*T

² et ZC : ut T

³ major enim sequitur Z : minor (enim C/etiam T) patet CT

⁴ minor Z : major patet C : major T

⁵ sit ZC : est T

⁶ est vera Z : *om.*CT

⁷ cum illud denotatum non sit lapis et, per consequens patet illud Z : cum (illud C/idem T) demonstratum non (sit lapis C/scis sic T) et consequens patet CT

⁸ credam illud Z : credo hoc C : sequitur quod credo hominem T

⁹ et per consequens ZT : *om.*C

¹⁰ non ZC : *om.*T

¹¹ et sic patet responsio (et istius libri finis praeclarus Z/et cetera C) ZC : ergo et cetera T